

Cir. 76 d

4° H.eccl 3272

[Lev. 8.]

= Cim 76d

list. eccl.
3272

40 H. eccl. 3272 = Ann. 76 d.

[Leo X.]

BVLLA CONTRA ER

rores Martini Luther &

sequacium



CVM Mandato Reuerendissimi domini
Episcopi Eistetten.

AD BERL.
UNIVERS.
MONAC.

Univ.-Bibl.
München





A briel dei gratia Ep̄ps Eisteteū uniuersis & singulis Ecclesiarū secularium regu-
larium ac M onasteriorū prelatis abba-
ribus, prepositis, decanis, prioribus guar-
dianis, Custodibus & ministris, quoru-
cumq; ordinum etiam mendicantium,
Necon decanis nostris R uralibus ac
parochialium ecclesiarum R ectoribus
plebanis, viceplebanis Cananicis, capel-

lanis, altaristis præbiteris ac clericis quibuscunq; beneficiatis
& non bñficiatis per diocesim nostrā ubilis h̄et constitutis, om-
nibusq; alijs ac singulis ad quos præsentes nostre litteræ perue-
nerint, quosq; infrascriptū tangit negotiūm seu tangere poter-
it quomolibet in futurum. Salutem in dño & nr̄is huiusmo-
di Immo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis. Quia
superioribus diebus Venerabilis & Egregius nobis fidelis dile-
ctus Ioānes Eckius Canonicus ecclesiæ nr̄e. Sanctissimi in xpo
patris & dñi nostri domini Leonis diuina puidentia papæ de-
cimi ad infrascripta nuncius, Nos per certas suas missivas, qua-
tenus uobis & cuiilibet uestrum publicationē quartam fratrum
apostolicarū, A prefato sanctissimo domino nr̄o papa Romæ
apud sanctum petrum Anno incarnationis dominicq; Millesi-
mo quingentelimo uigesimo, Decimo septimo calendas Iulij
pontificatus sui Anno octavo. Emanatarum erroneam piaꝝ
& simplicium mentium seductiūam doctrinā cuiusdam fratris
Martini Luther ordinis fratum heremitarꝝ Sancti augustini
concernētiū cōmittimus. Moneri & requiri fecit nos cupi-
entes ex pastoralis officij nr̄i debito, ad salutē subditorū nr̄oꝝ
finem quoq; unitatem, pacem, & tranquillitatē Sancte matris
ecclesiæ, mērem nostram dirigerē. & apostolicis ut tenemus pa-
rere mādatis, Idcirco uobis omnibus & singulis supradictis &
uestrum cuiilibet insolidum cōmittimus atq; in uirtute Sancte
obedientię, sub cēsuris & penis, in dictis litteris apostolicis cō-
tentis districte præcipientes mandamus. Quatenus fratres apo-



stolicas huiusmodi. postq; Ille siue eamdem copie autentice
Sigillo prelati & notarii subscriptione munita. per nostrumq;
in spiritualibus vicarium fiduciam tuobis presentatae fuerint ac
omnia & singula in eis contenta In ecclesiis vestris coram pp'l
multitudine. fidei interpretatione prout publicetis & intimatis.
Omniesq; utriusq; sexus christifideles. ut literis ipsis apo-
stolicis memoratis. siue bulle in omnibus & singulis articulis.
ipsis & eorum quemlibet respective concerentibus. sub Cesa-
ris & penis in eisdem expressis pareant & obedient realiter cum
effectu Moueat is & requirat is quos nos etiam & eorum que
libet tenore presentium requirimus & monemus. In quantum
ipsi sic moniti & requisiti ultionem divinam & sancte aposto-
lice sedis indignationem penas quoq; & censuras in dicta Bul-
la contentas evitare uoluerint. Certificantes eosdem sic moni-
tos & requisitos. Quod nos nihilominus contra rebelles & in-
obedientes. si nobis denuntiat i fuerint iuxta & secundum di-
ctae bullae uim formam continentiam & tenorem ac alias pro-
ut de iure poterimus procedere curabimus Ipsorum inobedi-
tia seu rebellione in aliquo non obstante. Datum iu Castro
nostro monte sancti Vivilibaldi die mercurij uigesimaquarta
mensis Octobris. Anno a nativitate dñi Millesimo quingentesi-
mo uigesimo. Sub nostri Vicariatus sigilli impressione.



EO Episcopus Seruus Seruorum Dei: Ad
perpetuam rei memoriam. Exurge domine & iudica
causam tuam, memor esto in p[re]erioru[m] tuoru[m]
eorum que ab insipientibus sunt tota die, incli-
na autem tuam ad preces nostras, quoniam sime-
xerunt uulpes querentes demoliri vineam, cuius
tu Torcular calcasti solus & ascensurus ad patrem, eius cura regi-
men, & administratiōem Petro tranquā capiti, & tuo Vice-
rio, eiusq[ue] successoribus instar triumphantis ecclesiae cōmisisti
exterminare nūnitur eam Aper de silua, & singularis feruis de-
pasci eam Exurge Petre, & pro pastorali cura presata tibi (ut
preferit) diuinus demandata, intende in causam sancte Romā-
nā Ecclesie, Matri omnium ecclesiarū, ac fidei magistre, quā
tu iubente Deo, tuo sanguine consecrasti, contra quā sicut tu
permonere dignatus es, insurgūt Magistri mendaces introdi-
cētes sectas perditionis sibi celerem interitum super ducentes
quorum lingua ignis est, inquietum malū, plena ueneno mor-
tifero: qui Zelum amarum habētes, & cōtentio[n]es in cordibus
suis, gloriāntur. & mendaces sunt aduersus ueritatem. Exurge tu
quod quæsumus Paule, qui eā tua doctrina; ac pari martyrio il-
luminasti, atq[ue] illustrasti. Iam enim surgit nouis Porphirius, qui
sicut ille oīi sanctos Apostolos iniuste momordit, Ita hic sc̄iōs
Pontifices prædecessores nostros contra tuam doctrinam eos
non obsecrando, sed increpando, mordere lacerare, ac ubi cause
suae diffidit, ad conuicia accedere non ueretur more hereticorū
quorum (ut inquit Hieronymus) ultimum præsidium est ut, cū
cōspiciant causas suas damnatum iri, incipiāt uirus serpentis
lingua diffundere, & quū se uictos conspiquant ad contumelias
prosilire Nam licet hereses esse ad exercitationē fidelium tu dixe-
ris oportere, eas tñ ne incremetū accipiant, ne uile uulpeculæ coa-
lescant, in ipso ortu, te intercedente, & adiuuante, extingui ne-
cessē est. Exurgat deniq[ue] omnis sanctorum, ac reliqua uniuersa
lis ecclesia, cuius uera sacramentū litterarum interpretatiōe post
habita, quidam quorum mētem pater mendaciū excecauit, ex

uet eri hereticorum instituto, apud semet ipsos sapientes, si ip
turas easdem aliter quam Spiritus sanctus flagit et, proprio cu
taxat sensu, ambitionis, aureoq; popularis causa, teste Aposto
lo, interpretantur, imo vero corque, & adulterat. Ita ut iuxta
Hieronymum, iam non sic Euangelium Christi sed hominis, aut
quo Ipeius est Diaboli. Exurgat inquit prefata ecclesia sancta
Dei, & una cum beatissimis apostolis prefatis, apud Deum omni
potere intercedat, ut purgatis ouium suarum erroribus, elimi
nat isque fideliis finibus hereticis universis, ecclesie sancte
pacem, & unitatem conservare dignetur. Cujum siquidem
quod pre animi agustia, & merore exprimere uix possumus si
dignorū relatu, ac fama publica referunt e, ad nostrum perue
nit auditum immo uere, proh dolor oculis nostris uimimus, ac
legimus multos, & uarios, errores quos iam uidelicet iam per
concilia, ac predecessorum nostrom Constitutiones, damna
tos, heresim etiam Grecorum & Bohemicā expresse continē
tes, alios vero respectiue, uel hereticos, uel falsis, uel scādalosos
uel pīarum aurīum offensiuos, uel simplicium mētīum seducti
uos, a falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatē mūdi
gloriam cupientes, contra apli doctrinam, plus sapere uolunt,
quam oporteat, quorum garrulitas (ut inquit Hieronymus)
sine scripturarum autoritate, nō haberet fidem, nisi uiderentur
peruersam doctrinam, et iam diuinis testimonijs, male tamen
interpretatis, roborare. A quorū oculis Dei timor recessit, hu
mani generis hoste suggestente, nouiter suscitatos, & nuper a
pro i quosdam leuiores inclita natione Germanica semiatos,
Qd' eomagis dolemus ibi euenisce, qd' eandē nationem, & nos
& predecessorēs nostri in uisceribus semper gesserimus charita
tis. Nam post translatum ex Grecis a Romanē ecclesia in eos
dem Germanos Imperium iidem predecessorēs nostri, & nos,
eiusdem ecclesie adjucatos, defensoresq; ex eis semper accep
imus, Quos quidem Germanos, Catolice ueritatis uere Ger
manos, constat heresum acerrimos oppugnatores semper fuisse
cuius rei testes sunt laudabiles ille Constitutiōes Germanorū

Imperatorum pro libertate ecclesie, proq; expellendis, exterminandisq; ex omni Germania Hereticis, sub grauissimis penis, etiam amissionis terrarum, & dominiorum, contra receptatores uel non expellentes olim edite, & a nostris predecessoribus confirmate, que si hodie seruaretur, & nos, & ipsi utiq; hac molestia careremus, Testis est in Concilio Constantieñ. Hussitarum, ac Vuiculeustarum, necnon Hieronymi Pragaeñ. dñata ac punita perfidia, Testis est totiens contra Bohemos Germanorum sanguis effusus, Testis deniq; est predictorum errorum seu multorum ex eis per Colonieñ. & Louanieñ. Vniverstates, utpote agri Dominici piissimas, religiosissimasq; cultrices non mintido statuera, ac sancta confutatio, reprobatio, & damnatio. Multa quoq; alia allegare possemus, que ne hystoriam texere videamus pretermittenda cestimus. Pro pastoralis igit officij diuina gratia nobis iniuncta cura, quam gerimus, predictorum errorum uirius pestiferum ulterius tollerare, seu dissimulare, sit e Christiane Religionis nota, atq; orthodoxe fidei iniuria, nullo modo possumus. Eorum autem errorum aliquos presentibus duximus inservendos, quorum tenor sequitur, & est talis. **C** Heretica sententia est, sed usitata, Sacramenta nouæ legis iustificantem gram illis dare, qui non ponunt obice. In pueris post baptismum negare remanens peccatum est Paulum & Xpm simul conculcare. Fomes peccati etiam si nullum adsit actuale peccatum moratur excusum a corpore animam ab ingressu coeli. Imperfecta charitas morituri, fert secum necessario magnum timorem, qui se solo sat est facere penam purgatorijs & impedit introitum regni. Tres esse partes penitentiæ Contritione, Confessione, & Satisfactione, non est fundatum in sacra scriptura, nec antiquis sanctis Xpijanis Doctoribus. Contritio que paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine aie sue pöderando peccatorum grauitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem et emem beatitudinis, ac et ergo damnationis acquisitionem, hec contritio facit Hypocritam immo magis peccatorem. Verissimum est proverbiu

& omnium doctrina de **Contributionibus**, hucusq; data prestatia-
tis, de cetero non facere, summa penitentia, optima poenitentia,
noua uita. Nullo modo presumas confiteri peccata ueni-
alia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, ut oia morta-
lia cognoscas. Vnde in primitiva eccl̄a solum manifesta morta-
lia confitebātur. Dum uolumus omnia pure confiteri, nihil ali-
ud facimus, quā qđ misericordię Dei nihil uolumus relinquere
ignoscendum. Peccata non sunt ulli remissa nisi remittēte sa-
cerdote et credat sibi remitti, imo peccatum maneret, nisi remis-
sum crederet, nō em sufficit remissio peccati & gratię donatio
sed oportet etiā credere esse remissum. Nullo modo cōfidas ab
solui, ppter tuā contritiōem, sed propter uerbū Xpi, quodcūq;
solueris &c. Hic inquā cōfide si sacerdotis obtinueris absoluti-
onē, & crede forte te absolutum, & absolutus uale eris, qđ sic
quid sit de contritione. Si per impossibile confessus non esset
contritus aut sacerdos nō serio, sed ioco absolucret si tamē cre-
dat se absolutum uerissime est absolutus. In sacramēto peni-
tentię ac remissione culpe non plus facit Papa, Ep̄s, quam insi-
mus sacerdos, imo ubi nō est sacerdos, eque tñ quilibet chri-
stianus, etiā si mulier aut puer esset. Nullus debet sacerdoti re-
spondere se esse contritum nec sacerdos requirere. Magnus est
error eorū qui ad sacramēta Eucharistię accedunt, huic innixi,
qd̄ sint confessi, qđ non sint sibi cōscij alicuius peccati mortalis
qd̄ premiserint orationes suas, & preparatoria, omnes illi adiu-
diciū sibi māducant, & bibunt; sed si credant & confidant se
gratiā ibi consecuturos, hęc sola fides facit eos puros & dignos.
Consulū uider qđ ecclesia in communī Cōcilio statueret laicos
sub utraq; specie cōmunicādos, nec Bohemi cōmunicātes sub
utraq; specie sunt heretici, sed scismatici. ¶ **Theſauri eccl̄ie** un-
de Papa dat indulgētias nō sunt merita xp̄i, & sanctorū.
Indul-
gētiae sunt pie fraudes fidelium, & remissionses bonorum operum,
& sunt de numero eorū que licet & nō de numero eorū que ex-
pediūt. Indulgētiae his qui ueraciter eas cōsequuntur, nō ualēt ad re-
missionē penę p̄ pctāis actualibus debite apud diuinā iusticiā.

Sed cūtūr credēt es indulgētias esse salutares, & ad fructū spūs
utiles. Indulgētis necessarie sunt solum publicis criminibus, &
proprie concedit̄ur duris solūmodo, & impacientib⁹. Sex ge-
neribus hoīum indulgētis n̄e sunt necessarie, nec utiles, uide-
licet mortuis, seu moritūris, infirmis, legitime impeditis, his
qui nō comiserunt criminā, his qui criminā cōmiserūt, sed nō
publica, his qui meliora operātur. Ex cōmunicatiōnēs sunt tā
tum extēne penē, nec priuāt hominem cōmuniūtis spūalib⁹
ecclesię orationib⁹. Docēndi sunt Christiani plus diligere ex
cōmunicationē, cōtimere. Romanus Pontifex Petri successor
non est Xpi Vicarius super omēs totius mūdi ecclesias ab ipso
Christo in beato Petro institutus. Verbum Xpi ad Petrum
quodcūq; solueris super terram &c. extendit̄ur dumtaxat ad li-
gata ab ipso Petro. Certū est in manu ecclie, aut Pape pro-
fici non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morū, seu
bonorum operū. Si papa cum magna parte ecclie sic uel sic
sentiret, nec etiam erraret, adhuc nō est peccatum, aut heres
contrarium sentire, presertim in re non necessaria ad salutem,
donec fuerit per Concilium uniuersale alterum reprobatum,
alterum approbatum. Vía nobis facta est eharrandi autorita-
tem Conciliorum, & libere contradicendi eorum gestis, & iu-
dicandi eorum decreta, & confidenter confitendi, quiequid ue-
rum uidetur, siue probatum fuerit, siue reprobatum a quoq; q
Concilio. Aliqui articuli Ioannis Hus condemnati in Conci-
lio Constantiēn. sunt Christianissimi, uerissimi, & euangelici,
quos nec universalis ecclēsa posset damnare. In omni opere
bono fustis peccat. Opus bonum optime factum est ueniale
peccatum. Hereticos comburi est contra uoluntatem spiritus
Praelari aduersus Turcas est repugnare Deo uisitanti iniqui-
tates nostras per illos. Nemo est certus se non semp peccare
mortali ter prōpter occultissimum superbię uitii. Liberum ar-
bitrium post peccatum est res de solo titulo, & dū facit quod
in se est peccat mortaliter. Purgatorium non potest probari
ex sacra scriptura, que sit in canone. Anūq; in purgatorio

ion sunt secure de eorum salute, saltim omnes; nec probatum est
illis, aut rationibus, aut scripturis, ipsas esse extra statum me-
endi, aut augende charitatis. Animes in purgatorio peccati si-
e intermissione, quam diu querunt requiem, & horrent penas.
Animes ex purgatorio liberates suffragant inuenientium minus beat-
quam si per se satisse cissent. Prelati ecclesiastici, & principes se-
culares non malefacerent si omnes fagos mendicantes delerent.
¶ Qui quidem errores respectant, quam sint pestiferi, quam per-
niciosi, quam scandalosi, quam piazy, & simplicium metuum se-
luctui, quam denique sint contra omnem charitatem ac. S. R. E.
natis omnium fidelium, & Magistri fidei reverentia, atque neruus
ecclesiastice discipline, obedientiam scilicet, quae fons est, & origo
omnium virtutum, sine qua facile unusquisque insidelis esse confin-
titur, nemo sane metis ignorat. Nos igit in premissis, utpote
grauiissimis, propensiis (ut decet) procedere, necnon huiusmodi
pesti, morboque canceroso, ne in agro Dominico tanquam uepris no-
tia ulterius serpat, uiam praeculdere cupientes habita super pre-
dictis erroribus, & eorum singulis, diligentia trutinatioe, cibuscio-
ne, ac districto examine, maturaque deliberatioe, omnibusque rite
penfatis, ac sepius uentilatis cum uenerabilibus fratribus nr̄is
S. R. E. Card. ac regularium ordinum Prioribus, seu ministris ge-
neralibus, pluribusque alijs sacre Theologiae, necnon utriusque iuris
professoribus, sive Magistris, & quidem peritissimis, Reperti-
mus eosdem errores, respectant, ut presertim aut articulos non
esse Catholicos nec tanquam tales esse dogmarum, sed contra
Catholicę ecclesiae doctrinam, sive traditionem, atque ab ea uera
diuinarę scripturarum receptam interpretationem, cuius auctori-
tatis ita acquiescendum cœluit. Augustinus, ut dixerit se Euange-
lio non fuisse crediturum nisi ecclesie catholicę interuenisset
auctoritas. Nam ex eisdem erroribus, vel eorum aliquo, vel aliqui
bus palam sequitur, eandem ecclesiam, quem Spiritu sancto re-
gitur, errare, & semper errasse. Quod est utique contra illud, quo I
Christus discipulis suis in ascensione sua (ut in sancto Euange-
lio Matthei legitur) promisit, dicens, Ego vobis cum sum usq

usq; ad consumationem seculi. Nec non contra sanctoꝝ Pat-
der terminatōnes, Conciliorum quoq; & summorum Pontif-
icum expressas ordinationes, seu Canones, quibus non obtēp-
rasse, omnium heresum, & scismatum, teste Cypriano, sone
& causa semper fuit. De eorundem itaq; Venerabilium frati-
nostrorum Concilio, & assensu, ac omnium, & singulorum p̄i-
ctorum matura deliberatione predicia, autoritate omnipotē-
tis Dei, & beatōrum Apostolorū Petri, & Pauli, & nostra pr-
fatos omnes, & singulos articulos seu errores, tanq; (ut premi-
titur) respectiue hereticos, aut scandalosos, aut falsos aut pia-
aurium offensiosos, uel simplicium mentī seductiosos, & uer-
tati Catholicae obuiantes damnamus, reprobamus, atq; oīn-
reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis, & ieiectis ab omnib⁹
utriusq; sexus Christifidelibus haberi debere, harum serie deci-
nimus, & declaramus. Inhibentes in uirtute sanctae obedienti-
ac sub majoris excommunicatiōnis latē sententię. Nec non qu-
ad ecclasiasticas, & regulares personas, Episcopaliū omniū eti-
Patriarchalium Metropolitañ. & alias Cathedraliū ecclesiarū
Monasteriorum quoq; & prioratuū, etiam conuentualium
& quorūcunq; dignitatū, aut beneficiorum ecclasticoꝝ
secularium, aut quorumuis ordinum, regularium, priuationis
& inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtainenda. Quo y
ad Continentis, capitula, seu domos, aut pia loca, seculariū, u-
regularium, etiam mendicantium, necnō uniuersitatis etiā
studiorū generalium quorumcunq; priuilegiorum, In cultore
sede Apoſtolica, uel eius Legatis, aut alias quomodolibet h-
bitorum, uel obtentorū cuiuscunq; tenoris existant. Nec nō
nominis & potestatis studium Generale tenendi, legēdi: ac ii-
terpretandi qualis scientias, & facultates: & inhabilitatis a
illa, & alia in posterum obtainenda Predicationis quoq; offici
ac amissioꝝ studij generalis; & omnium priuilegiorū eiusdē.
Quo uero ad seculares eiusdem excommunicatiōis: necnō am-
missionis cuiuscumq; Emphyteosis: seu quorumcunq; feudorū, tan-
a Rō. Ecclesia quam alias quomodolibet obtentorū, ac etiā

inabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, Necnō q
ad omnes, & singulos superius nominatos, inhibitionis eccl
esiastice, sepulturae, inhabilitatisq ad omēs & singulos actus le
gitimos, infamiae, ac dissimulationis, & criminis lese Maiestatis
& hereticorum, & sautorum eorundem in iure expressis penis, eo= ipso & absq ultiori declaratione, per omnes, & singulos sup= dictos; si (quod absit) contra fecerint, incurrit. A quibus uigo re cuiuscumq facultatis, ac clausularum etiam in confessionalibus quibusuis personis, sub quibusuis uerbis formis contentarū: nisi a Romānī Pontifice, uel alio ab eo ad id in specie facultas habēte, preterq in mortis articulo constituti, absolui neque= ant, oībus & singulis utriusq sexus xp̄ifidelibus, tā laicis q̄ de clericis secularibus, & q̄tūis ordinū regularibus, & alijs q̄buscūq personis, cuiuscumq status, gradus, uel cōditōis existat. & qua= cunq ecclesiastica, uel mundana prefulgeat dignitate, et iā san=cta Romanæ Ecclesie Cardinalibus, Patriarchis, Primitibus Archiepiscopis, Episcopis, Patriarchalium, Metropolitanā. & a liarū Cathedralium, Collegiatarū, ac inferiore ecclesiastice Prela tis, clericis, alijsq personis ecclesiasticis, secularibus & quorūiis ordinum, etiā mendicantū, Regularibus, Abbatibns Prioribus uel Ministris generalibus, uel particularibus fratribus, seu Religiosis, exemptis, & non exemptis. Studiorū quoq uniuersitati bus, secularibus, & quorūiis ordinū, etiā mendicantū Regu laribus, necnon Regibus, Imperatoris Electoribus, Principi bus, Ducibus, Marchionibus, Comittibus, Baronibus, Capita neis, Conductoribus, Domicellis, omnibusq officialibus, Iudi cibus, Notarijs, ecclesiasticis & secularibus, Communitatibus Vniuersitatibus, Potentatibus, Ciuitatibus, Castris Terris & locis, seu eorū uilearū Ciuitibus, habitatoribus, & Incolis, ac qui busuis alijs personis, ecclesiasticis, uel Regularibus (ut preferit) per uniuersum Orbem ubiq̄, presertim in Alemania existen= tibus, uel pro tempore futuris, ne prefatos errores, aut eorū ali q̄s, pueris amq doctrinā hmoi assere, affirmare, defēdere pdica re, aut illi qmōdolibet, publice uel occulte, quis quesito igenio

Bij

uel colore, tacite, vel expresse sauere præsumant. Insup quia er-
tores prefati, & plures alij cōtinentur in libellis, seu scriptis cui-
usdā fratri Martini Luther dictos libellos, & omia dicti Ma-
tinī scripta, seu predicationes, in latino, uel quocūq; alio idioma
te, reperiātur, in quibus dicti errores, seu eorū aliquis cōtinentū
similiter damnamus, reprobamus, atq; omnino rejicimus, &
omnino dānatis, reprobatis, ac reiectis, ut prefertur, haberi uo-
lumus. Mandātes in uirtute sancte obedientie, & sub penit p-
dictis, eo ipso, incurrendis, Omnibus, & singulis utriuscūq; sexiū
xp̄ifidelibus superius nominatis, ne huiusmodi scripta, libellos
predicationes, seu cedulas, uel in eis contēta Capitula, errores
aut articulos supradictos cōtinentia, legere, alserere, predicare,
laudare, imprimere, publicare, siue defendere, per se, uel aliū, seu
alios, directe, uel indirecte, tacite, uel expresse, publice, uel ocul-
te, aut in domibus suis, siue alij, publicis, uel priuatib; locis te-
nere quoquo modo presūmat, quinimo illa statim post harū pu-
blicatiōem ubiq; fuerint, per ordinarios, & alios supradictos
diligenter quesita publice, & solēnit er in presentia Cleri, & Po-
puli, sub omnibus, & singulis supradictis pœnis, cōburant. Qd
uero ad ipsum Martinum adtinet, Bone Deus, quid pretermi-
simus, quid non fecimus, quid paternę charitatē omisimus, ut
eum ab huiusmodi erroribus reuocaremus. Postq; enim ipsum
citraimur m̄tius cum eo procedere uolentes, illum inuitau-
mus, atq; tam per diuersos tractatus cum Legato nostro habi-
tos, quam per literas nostras, hortati suimus, ut a predictis er-
roribus discederet, aut ad nos oblatu etiam saluo conducto, &
pecunia ad iter necessaria, sine metu, seu timore aliquo, quem
perfecta charitas foras mittere debuit, ueniret, ac Saluatoris
nostrī, Apostoliq; Pauli exemplo, nō in occulto, sed palam, &
in facie loquereſ; Quod si fecisset, pro certo (ut arbitramur) ad
cor reuersus, errores suos cognouisset, nec in Romana Curia,
quam tantopere uanis maluolorez rumoribus, plusq; oportuit
tribuendo, uituperat, tot reperisset errata, docuisse usq; eum,
luce clarius, sanctos Romanos Pontifices p̄decessores nostros

quos preter omnem modestiam iniuriose lacerat, in suis Ca-
nonibus, seu constitutionibus, quas mordere nititur, nunquam
errasse, quia iuxta Prophetam, nec in Galahat & esina, nec
Medicus deest, sed obsequiavit semper, & predicta citatione,
omnibusq; & singulis supradictis spretis, ueniente contemptac
usque in præsentem diem contumax, atq; animo indurato, tē
suras ultra Annum sustinuit, & quod deterius est, addens ma-
la malis, de citacione huiusmodi noticiam habens, in uocem te-
merarie appellationis prorupit, Ad futurum concilium, con-
tra constitutionem Pij Secundi, ac Iulij Secundi, predecesso-
rum nostrorum, qua cauetur taliter appellantes Hereticorum
pœna plebendos (Frustra etiam conciliij auxilium implorauit,
qui illi se non credere palam proficeret) Ita ut contra ipsum,
tanquam de fide notorie suspectum, immo uere Hereticum,
absp; ulteriori citatione, uel mora, ad condemnationem, & da-
nationem eius, tanquam Heretici, ac ad omnium, & singula-
rum superscriptarum pœnarum, & censuræ scueritatem pro-
cedere possemus, Nihilominus de eorundem Fratrum nostro-
rum consilio, Omnipotentis Dei immitantes clementiam,
qui non uult mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, &
utuat, Omnia iniuriarum hactenus nobis, & Apostolice
Sedi illatarum obliti, omni qua possumus pietate uti decreui-
mus, & quantum in nobis est agere, ut proposita mansuetu-
nis uia ad cor reuertatur, & a predictis recedat erroribus, ut ip-
sum tanquam filium illum pro digum ad gremium Ecclesiæ re-
uertente benignè recipiamus. Ipsum igitur Martinum, & quos-
cunq; ei a heretes eiusq; receptatores, & factores, per uiscera
misericordie Dei Nostri, & per Aspersionē Sanguinis domini
Nostri Iesu Xpi, quo & per quem humani generis redemptio
& Sæ. Matris Ecclesiæ edificatio facta est, ex toto corde hor-
tamur, & obsecramus, ut iſius Ecclesiæ pacem, unitatem, & uerita-
tem pro qua ipse salvator tā instanter orauit ad patrem, turbare
desistant, & a predictis tā perniciosis erroribus, prout abstineat.

Bij

Inventuri apud nos si effectualiter paruerint, & paruisse per legitima documenta nos certificauerint, paternę charitatis affectum, & apertum mansuetudinis, & clementię fontem. Inhibentes nihilominus eidem Martino ex nunc, ut interim ab omnibus predicatione, seu predictationis officio omnino desistat. Alioquin ut ipsum Martinum, si forte iustitia, & virtutis amora peccato non retrahat, Indulgēt ieq̄ spes, ad poenitentiam non reducat penarum terror cohercet discipline. Eundem Martinum, eiusdem adherentes, complices, fautores, & receptatores tenore presentium requiri mus, & monemus, in uirtute sancte obedientiae, & sub predictis omnibus, & suugulis poenis, eo ipso incurriendo districte precipiendo madamus, quatenus infra Sexaginta dies quorū Viginti pro primo, Viginti pro secundo, & reliquos viginti dies, p̄ tertio, & per emtorio termino assignamus, ab affixione presentium in locis infra scriptis, immediate sequentes numerandos. Ise Martinus, Complices, fautores, adherentes, & receptatores predicti a prefatis erroribus, eorum predicatione ac publicatione, & assertione, defensio e quoq; & librorum, seu scripturarum editione, supereissem, sive eorum aliquo omnino desistat, libroso, ac scripturas omnes, & singulas, prefatos errores, seu eorum aliquos quomodo dolibet continētes, comburant, vel comburi faciant. Ipse etiam Martinus, errores, & assertiones huiusmodi omnino reuocet ac de refocatio[n]e huiusmodi per publica documenta in forma iuris valida, in manibus duorum Prelatorum consignata, ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda, vel per ipsummet (si ad nos uenire uoluerit, qd magis placere) cum prefato plenissimo falio conduci, que ex nunc coedimus, deferenda, nos certiores efficiat, ut de eius uia obedientia nullus dubitatio[n]is scrupulus ualeat remanere. Alias si (quod absit) Martinus prefatus, complices, fautores, adherentes & receptatores predicti securi egerint, seu præmissa omnia, & singula infra terminum predicationis cum esse, suu[n]o adimpleuerint. Apostoli imitantes doctrinam, cui heretici cum hominem post primam & secundam correctionem, ut andati docuit, ex nuc

pro ut ex tuuc, & ecōuerso, cundem Martinum, complices, ad
herentes, sautores & receptatores prefatos, & eorū quemlibet,
tanq; aridos palmites in Christo non manentes, sed doctrinam
contrariū, Catholice fidei inimicam, siue scandalosam, seu dā-
natam, in non modicam offensam diuinæ maiestatis, ac unis-
uersalis Ecclesiæ, & fidei Catholicae detrimentum, & scanda-
lum dogmatizantes, & predicantes, Claves quoq; Ecclesiæ, ui-
tipendentes notorios, & pertinaces hereticos eadē autoritate
suīsse, & esse declarantes, eosdem ut tales hanum serie condem-
namus, & eos p talibus haberi, ab omnibus utriusq; sexus Chri-
stifidelibus supradictis uolumus, & mandamus. Eosq; omnes,
& singulos, omnibus supradictis, & alijs contra tales a iure inhibi-
ctis penitentium tenore subiçimus, & eisdem iuritios su-
isse, & esse decernimus, & declaramus. Inhibemus preterea sub
omnibus, & singulis premissis penitentibus, eo ipso incurrendis, omni-
bus, & singulis Christifidelibus superius nominatis, ne scripta
etiam prefatos errores non continentia, ab eodem Martino q
modolibet cōdita, uel edita, aut condenda, uel edenda seu eōre
aliqua, tanq; ab homī Orthodoxe fidei inimico, atq; ideo ue-
hemēter suspecta, & ut eius memoria omnino deleatur de chri-
stifidelium consortio, legere asserere, pre dicare, laudare, impri-
mere, publicare, siue defendere per se, uel alii, seu alios, directe,
uel indirecte, tācē uel expresse: publice, uel occulte: seu in do-
mibus suis, siue alijs locis: publicis, uel priuatis, tenere quoquo
modo presumant. Quāsimmo illa comburant (ut prefertur).
Monemus in super omnes, & singulos Christifideles supradi-
ctos sub eadem excommunicationis latæ sententiæ poena, ut
hereticos predictos declaratos, & condemnatos: mandatis no-
stris non obtemperātes, post lapsum termini supradicti evitēt
& quantum in eis est evitari faciant, nec cum eis deim: uel eorū
aliquo, commertium, aut aliquam conuersationem, seu com-
munionem habeant: nec eis necessaria ministrēt. Ad maio-
rem preterea dicti Martini, suorumq; complicum, fautorum,
& adherentium, ac receptorum predictorum sic post lapsum

termini predicti declaratorum hereticorum, & condemnatorum
confusionem, Vniuersitatem & singulis utriusque sexis Christifidelium
bus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Patriarchalium, Me-
tropolitani, & aliarum Cathedralium, Collegiataum, ac inferi-
orum ecclesiarum Prelatis; Capitulis, alijsque personis ecclesiasti-
cis; secularibus, & quorumvis ordinum; etiam Mendicantium
(presertim eius congregationis, cuius datus Martinus est pro-
fessus; & in qua degere uel morari dicitur) Regularibus, exem-
ptis; & non exemptis, necnon uniuersis & singulis Principibus
quacunque ecclesiastica; uel munera; fulgetibus dignitate; Regi-
bus, Imperatoris Electoribus, Ducibus, Marchionibus, comi-
tibus, Baronibus, Capitaneis, Codicitoribus, Domicellis, Co-
munitatibus, Vniuersitatibus, Potestatibus, Ciuitatibus, Ter-
ris, Castris, & locis, seu eorum habitatoribus, Ciubus & Incolis,
omnibusque alijs & singulis supradictis, per uniuersum Orbem
presertim in eadem Alemania constitutis: mandamus: quate-
nus sub predictis omnibus & sigulis poenitentia: ipsi, uel eorum qui
libet prefatum Martinum, Complices: adherentes: receptates:
& factores personaliter capiant, & captos ad nostram instan-
tiā retineant, & ad nos mittant. Reportaturi protam bono
opere, a nobis: & a sede Apostolica remunerationem, premi-
umque condignum, uel saltēm eos, & eorum quemlibet de Me-
tropolitā. Cathedralibus, Collegeatis, & alijs Ecclesijs: Do-
mibus, Monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, Dominijs, Vni-
uersitatibus, Communitatibus, Castris, Terris ac locis respe-
ctive, tam Clerici, & Regulares, quam laici omnes, & singuli
supradicti omnino expellant. Ciuitates uero Domitia, Tenas
Castra, Villas, Comitatus, fortificia, Oppida, & loca quecumque
ubilibet consistentia, earum, & eorum respectiue, Metropolitā.
Cathedrales, Collegiatas, & alias ecclesias, Monasteria, Prio-
riatus, Domus Conuētus, & loca Religiosa, uel pia, cuiuscumque or-
dinis (ut presertur) ad que p̄satū Martinū, uel aliquē ex predictis
declinare cōtigerit q̄dā ibi ḡmāserint & triēuo post recessum

ecclesiastico subiectimus interdicto. Et ut p̄missa omnibus in-
notescant, mandamus insuper uniuersis Patriarchis, Archiepi-
copis, Episcopis, Patriarchalium, Metropolitān. & aliis Ca-
thedralium, ac collegiataꝝ Ecclesiarꝝ Prelatis Capitulis alijſcꝝ
personis ecclesiasticis, secularibus, & quoniam ordinum supradic-
itorum regularibus, fratribus, religiosis, Monachis, exemptis,
& non exemptis, supradictis, ubilibet, presentim in Alemonia;
constitutis, quar enus ipſi, uel eorꝝ quilibet sub similibus cen-
ſuris, & penis eoipſo incurriendis, Martinum, omnesq; & singu-
los supradictos, qui elapso termino hmoi mandatis, seu moni-
tis nostris nō paruerit, in eorꝝ ecclesias, Dominicis, & alijs festi-
uis diebus, dum inibi maior populi multitudo ad diuinam cōue-
nerit, declaratos Hereticos, & condemnatos publice nancient
faciantq; & mandent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius
cuitari. Necnon omnibus Christifidelibus, ut eos evitent pari-
modo sub predictis censuris, & penis. & presentes literas uel ea-
rum transumptum sub forma infra scripta factum in eorꝝ eccl-
esijs, Monasterijs, Domibus, Conuētibus, & alijs locis, legi, pu-
blicari, atq; affigi faciat. ¶ Excommunicamus quoq; & anathe-
matizemus omnes, & singulos cuiuscunq; status, gradus, con-
ditionis, pre eminentie, dignitatis, aut excellēcie, fuerint, qui q-
minus presentes literę, uel eorꝝ transumpta, copię, seu exempla-
ria in suis Terris & Dominijs legi, affigi, & publicari possint,
sacerint, uel quoquo moꝝ pcurauerint, per se, uel aliū, seu alios,
publice, uel occulte, directe, uel idirecte, tacite, uel expresse. Po-
stremo quia difficile foret presentes literas ad singula queq; lo-
ca deferri, in quibus necessariū foret, Volumus, & Apostolica
autoritate decernimus, qd'earꝝ transumptis manu publi ci no-
tarij confessis, & subscriptis, uel in alma Virbe Impressis, & sigil-
lo aliquiis ecclesiastici prelati munitis, ubiq; stetur, & plena fi-
des adhibeat, prout origin alibus litteris staretur, & adhibe-
retur, si forant exhibit, uel ostensa. Et ne p̄fatus Martinus
omnesq; alijs supradicti, quos presentes literę qmō dolibet cōcer-
nunt, ignorantiam earundem litterarum, & in eis cōtentorum

omnium, & singulorū pretendere ualeant litteras ipsas in Basilice Principis Apostolorum, & Cencellarie Apostolice, necnō Cathedrali Ecclesiarū Brādeburgen. Misneñ. & morspergen. Valuis affigi & publicari debere uolumus. Decernentes, quod earundem litterarū publicatio sic facta supradictū Martinum, omnesq; alios, & singulos prenominatos, quos litterae huiusmodi quomodolibet concernunt, perinde arcent, ac si litteræ ipsa die affixiōis, & publicationis huiusmodi, eis personalit̄ lecte, & intimatæ forent. Quum non sit uerisimile, qd ea que tam patienter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinatiōibus apostolicis, seu si supradictis omnibus, & singulis, uel eorū alicui aut quibusvis alijs a se de apostolica predicta, uel ab ea potestatē habentibus sub quauis forma, et iam Confessionalis, & cum quibusvis etiā fortissimis clausulis, aut ex quauis causa, seu grandi consideratione, indulatum, uel concessum existat, qd' interdici, suspendi, uel excōmunicari nō possint per litteras apostolicas nō faciētes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum, non aut per clausulas generales id importātes de induito huiusmodi mentionē eiusdem induiti tenores, causas, & formas, perindeac si de uerbo ad uerbum insereretur. Ita ut omnino tollatur, presentibus pro expressis habentes. ¶ Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ damnatiōis, reprobationis, refectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, uoluntatis, mandati, hortationis, obsecrationis, requisitionis, monitionis, assignationis, concessionis condēnationis, subiectionis, excōmunications. & anathematizatiōis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autem hoc attēptare presumpserit, indignatiōem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice, Millesimo, Quingentesimo Vigesimo. XVII. Calendas Iuli. Pontificatus

Nostri

Anno

Octauo.

Visa R. Milanesius.





